Vs. xv. diſtinctionū

[i] Conſtruiſ. [ii] atq; ſacras. [iii] camiſ. [iiii] ĩdulgeſ. [v] genaleſ.

[vi] Cortigis. [vii] in visis. [viii] opariſ. [ix] iter. [x] recipiſq;

[xi] Mutua. [xii] uendenda. & [xiii] uictu. q̄q; tenenda.

Et [xiiii] de ꝯuisis. [xv] monialibꝰ. apta notabis.

Generalis consuetudo ordinis est quamdiu inmutata non fuerit. ut post
xxx. missas que pro defunctis dicuntur. unusquisque sacerdos dicat
tres missas de spiritu sancto. ubi in primo loco dici debet collecta Deus
qui corda fidelium. Secundo. Deus qui caritatis. His itaque completis
alie quoque tres misse pro defunctis ab unoquoque sacerdote
dicende sunt. hoc modo. Primo loco dicenda est collecta. Incli
na domine. Secundo. Fidelium deus. Iste autem sex misse instituere sunt
pro vivis et defunctis pro quibus abbates per singulos annos ad generale
capitulum venientes rogantur. et pro omnibus fidelibus vivis et defunc
tis. Ipsa etiam die qua absolutio in capitulo agitur. instituit
debet tricenarium pro familiaribus vivis secundum hunc ordinem.
Missa una pro familiaribus per dies xxx. cotidie debet
cantari ab aliquo sacerdote a cantore in tabula prenotato.
Insuper psalmus scilicet Miserere mei deus et Pater noster. per eosdem dies
et pro eisdem familiaribus est dicendus. tam a sacerdotibus quam
a ministris. Conversi et pro sex missis supradictis debent dicere
duo psalteria. unum pro vivis. aliud pro defunctis.

In istis anniversariis celebrare debet ordo. Honorii pape. xv. kal. april.
Regis richardi feria. iii. post oct. pasce. Regis philippi. pridie idus
julii. Theobaldi quondam regis navarre. pridie idus aug. Regis
Ludewici. vii. idus novembris. Blance quondam regine et Ru
berti filii eius comitis atrebatensis. iiii. kal. decembris. Et in. iiii. prin
cipalibus defunctorum officiis.